

## **NEPOT ELOGIA MARC PORCI CATÓ, ORADOR I HISTORIADOR**

In omnibus rebus singulari fuit industria; nam et agricola sollers et rei publicae peritus, et iuris consultus, et magnus imperator, et probabilis orator, et cupidissimus litterarum fuit.

Ab adulescentia confecit orationes. Senex scribere historias instituit; earum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum populi Romani; secundus et tertius civitates in Italia ortas; in quarto autem bellum Poenicum primum; in quinto, secundum; reliquaque bella narravit usque ad praeturam Ser. Galbae, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit.

CORNELI NEPOT, *Els homes il·lustres*